

NATVR. QVÆST. Lib. VI. 207
posse extenuatis sustineri , quod integris
ferebatur . Potest terram mouere impres-
sio spiritus . Fortasse enim aer extrinse-
cus aliò intrante aere agitatur . Fortasse
aliqua parte subito decidente percutitur ,
& inde motum capit . Fortasse aliqua par-
te terræ velut columnis quibusdam ac pi-
lis sustinetur : quibus vitiatis ac rece-
dientibus , tremit pondus impositum .
Fortasse calida vis spiritus in ignem ver-
sa , & fulmini similis , cum magna strage
obstantium fertur . Fortasse palustres &
iacentes aquas aliquis flatus impellit , &
inde aut ictus terram quatit , aut spiritus
agitatio , ipso motu crescens , & se inci-
tans , ab imo in summa usque perfertur :
nullam tamen illi placet causam motus
esse maiorem , quam spiritum.

CAP. XXI. Nobis quoque placet ,
hunc spiritum esse , qui tanta possit cona-
ri , quo nihil est in rerum natura poten-
tius , nihil acrius , sine quo nec illa qui-
dem , quæ vehementissima sunt , valent .
Ignem spiritus concitat : aquæ , si ventum
detrahens , inertes sunt . Tunc demum im-
petum sumunt , cum illas agit flatus : qui
potest dissipare magna spatia terrarum , &
nouos montes subrectos extollere ; & in-
fulas non antè visas , in medio mari po-
nere . Therasiam nostræ ætatis insulam ,
spectantibus nautis in Ægæo mari ena-
tam , quis dubitat , quin in huc spiritus
vexerit ? Duo genera sunt (ut Posidonio
placet)